



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De artib[us] mechanicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De scientia Marie fo. lxxiiij

Dicitur sciuere mechanicas muliebres subtiliores et nobiliores sicut eas quae sunt aurifrigus et sericis operationibus et subtilibus suturis et texturis et homoi. Et videtur quod sic ipsa enim ut dicitur Da Rō prima. masce, a nullo illustrum vincit. Ne at sunt scie et opera illustrum semper. g. et c. Item ipsa sua operatio fuit nobilissima. igitur humiliata. s. 2. maior humilitas apparet scire nobilia et subtilia et operari vilia et communia quae tantum scire vilia et operari talia. g. videtur quod beatissima virgo debuit scire nobilia et operari vilia. Item contra ista subtilia magis ordinantur ad vanitatem quam ad utilitatem. operatio autem virginis gloriosa debet necessitate fuisse. igitur non erat circa talia. Item beatissima 4. ma virgo perfecta fuisse secundum actionem et contemplationem. unde Luc. Optima pars elegit. bona est pars activorum. melior contemplacionum. sed optima eius que perfecta in actione et contemplatione fuisse sicut fuisse beatissima virgo. igitur ipsa debuit habere opera actionis que contemplationi minime repugnarent. hec autem sunt opera manuaria grossa et communia que non requirunt multam attentionem cogitationi. igitur videtur quod circa homoi debet esse opus beatissime virginis.

Queritur igitur si sciama mechanica habuit. improportionabiliter excellit effectum causatum ab artibus mechanicis in aliis. igitur sciama mechanica in beatissima virgine excellit sciama mechanica in quocumque Minor potest ex hoc. quod dignissimum ad quod ordinant mechanice vestimentum. primo est aia. secundo corpus. tertio vestimentum. sed dignissima omnia vestimentorum fuit tunica inconsutulis quam fecit beatissima virgo. igitur eius ars mechanica causabat nobilissimum effectum. igitur habuit sciama artis mechanicae in summo.

De artibus liberalibus

Dicitur de artibus liberalibus utrum et illas sciuit in summo beatissima virgo. Et videtur quod sic. Sapientia edificauit sibi domum. excidit columnas septem. Illa domus est beata virgo. Septem columnae sunt septem liberales scientie. igitur beata virgo habuit septem liberalium artium scientias. Item Exo. Mulier petat a vicina 2. sua vasa aurea et argentea. Hoc exponunt glossae et sancti de scientiis secularibus. igitur debent secundum scientias seculares de mundo portare sancti. igitur et beatissima virgo. Item mille clipei pendent ex ea omni arti 3. matura fortium. Tunc David est sacra scriptura. clipeis scientie physicae igitur sciama mechanica pertinet ad munitionem scripture sacre. igitur sancto ru et illas scire. igitur et beatissime virginis. Item quodam sancti laudant a tali bus scientias. sicut unus dominus documentis artium eruditus satis transiuit ad studium summe veritatis. Item de beato Gregorio studiis liberalibus nullus secundus. igitur et c. Item de beato Vincentio et de sancta Katherina et multis aliis. igitur beate virginis non debet deesse ista materia laudis.